



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 29. Polus Cantuariensem Archiepiscopatum sibi oblatum recusans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

„mus, te identidem in Christo adhor- Sæcul XVI.  
A.C. 1554.  
„tari, ut huic negotio pro viribus tuis  
„cum omni diligentia, ac vigilantia  
„incumbas: Datum Romæ &c. (°)

## §. XXIX.

*Polus Cantuariensem Archiepiscopatum sibi oblatum recusans.*

Post hæc Polus præfatum diploma *Pallav. l. 13.*  
Philippi Legato exhibens hæc sub-<sup>c</sup> *9. n. 4.*  
junxit: „difficile erit ampliorem adhuc, & 5.  
„ac hæc est, potestatem obtinere; de  
„cetero autem certus sum, quod Pon-  
„tifex nil nisi Angliæ salutem exoptet,  
„nullamque rationem habeat ad profa-  
„num commodum, quod ipsi ex hujus  
„Regni reconciliatione quocunque mo-  
„do obvenire posset., Ad hæc Lega-  
„tus palam prositebatur, quod nunquam  
assensurus esset pactis, quæ contrahe-  
rentur cum iis, qui ad Ecclesiæ sinum  
essent reversuri, eoque id nec eorum  
saluti,

(°) Observes velim, quod Continuator quidem hujus diplomatis testem adducat Raynaldum Odoricum, hic autem non aliud referat diploma, quam illud ad Polum die 28. Junii datum, quod tamen longe diversum est ab eo, quale Continuator pro more suo fabricatum hic exhibet.

Sæcul. XVI. saluti, nec suæ dignitati condecens fo-  
A C. 1554. ret, se tamen post liberam eorum con-  
 versionem omnibus amantissimum Pa-  
 trem, ac perbenignum, & mitissimum  
 Protectorem exhibiturum pollicebatur.  
 Pariter Papæ Nuntius, qui huic col-  
 loquio intererat, Legati promissionem  
 confirmabat, adeo, ut regius Orator  
 sibi plene satisfactum esse ostenderet,  
 simulque adderet, quod omnia sibi in-  
 juncta ad amissim expleturusefset, & Re-  
 gis, ac Reginæ nomine Polo Archiepi-  
 scopatum Cantuariensem proxime vaca-  
 turum, qui primaria Regni sedes erat,  
 offerret. Verum ad hæc Legatus re-  
 spondit: „cum nonnisi Pontificis mini-  
 strum agam, nullatenus meis commo-  
 dis inservire possum, nec etiam decen-  
 tiæ leges permittunt, ut meas res pro-  
 curare cogitem, priusquam publicum  
 legationis meæ, nec non Pontificis,  
 sedisque Apostolicæ negotium fuerit  
 confectum.

## §. XXX.

*Cardinalis itineri accinctus in Angliam  
 profecturus.*

*Pallav. n. 10. Thu. hist. lib. 13. n. 5. Greg. leti  
 vie de Eli-  
 sabeth.* Quamprimum Romam fama esset de-  
 lata, quod Imperator, ac Philip-  
 pus ejus Filius Legato ampliorem fa-  
 cultatem concedi peroptarent, mox  
 Sancta Sedes non expectato aliorum  
 con-